

Ad Candidum Lectorem.

Archytas fertur, miram sculpsisse columbam,  
Aëia quæ liquidum, more petebat, avis.  
Mirandum magis est, quod paruo pegmate vitri,  
Ille Syracusius clauserat arte senex.  
Spiritus Arcturo famulans inclusus, & Arcto,  
Sidereum certis motibus, urfit opus.  
Et proprium voluens, mentitus signifer orbem,  
Sic simulata nouo Cynthia mense redit.  
Nonne magis mirum, quod sidera scandere possis,  
Hac & adire via flammea tecta poli?  
Hæc igitur vultu grato, miracula volue  
Lector, & humana sidera mente reges.

Idem Casparus Ieschkij  
Med. Studiosus.

